

exactam Praefectorum Imperii Romani notionem texere, ut ignoraret inde quanam prioribus seculis fuerit particio & ordo praefectorum quoque Ecclesiasticalium. Summa olim Praefecti praeatorio potestas, que arma simul & jura complebatur, fuerat jam inde a regno Tiberii Caesaris penes unum. Sed ex quo infidus Perennis Praefecti praeatorio Commodus Imperator evavit, ceperit ea potestas (ne foret nimia, ipsoque Praefectos ad Imperii ambitionem sollicitaret) inter duos annulos dividi, teste Herodianus lib. 1. Postmodum Constantinus Magnus eam potestatem dignitatemque inter quatuor Praefectos partitus est, singulisque proprias attribuit distinctas regiones. Quarum primus Orientem regebat, ei denique subdebanitur Provincia Aegypti, Lybia, Pentapoleos, Syrites, Asia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Armenia, Thracia, Mysia inferior, Cyprus cum reliquis Orientis plagiis. Sequebatur Praefectus Illyrici, cui parebat Illyricum, Dacia, Triballi, Pannonia, Mysia superior, Macedonia, Thessalia, Gracia, Peloponnesus, Creta, & insulae circumfusae; Tertius accedebat Italia Praefectus, qui praeerat Italia, Sicilia, Africa, & circumiacentibus insulis. Quarto loco erat Galliarum Praefectus, qui obtemperabat Gallia, Hispania, Britannia, & insule adjacentes, ut scribit Zosimus l. 2.

Quatuor iste singula Praefecture in plures dispertebantur Dioceses, quae a Praefectorum Vicariis regabantur; unde Vicaria quoque dicebantur, plures etiam regiones ac provincias complectentes, ut videt est libro notitiae utriusque Imperii, quem eruditus commentarius Panciroius illustravit.

3. Secundo deinde in duas partes Imperio sex diquinate sunt Orientalis seu Constantinopolitani Imperii Dioceses. Prima Orientis cuius Metropolis Antiochia, & cuius Vicarius speciali designatione audiebat Comes Orientis: Secunda Aegypti: Tertia Afri: Quarta Pontice: Quinta Tracia: Sexta Illyrici partis Orientalis, quorum meminere leges 1. & 2. C. de militari veste lib. 12. & 1. i. C. ut nemo ad suum patrocinium sufficiat rusticanos vel Vicar. eor. & 1. ult. C. de diversi officiis lib. 12. Orientis Diocesis caput ac Metropolis fuit Antiochia, ut liquet ex historico Zosimo lib. 1. Hieronymio ad Pamphachium, Chrysostomo homil. 1. ad populum Antioch. De hujus Vicarii officio extat tit. C. de officiis Comit. Orien. Diocesis Aegypti Metropolis fuit Alexandria, ut ex Theodorito contat lib. 1. hist. Eccl. c. 1. Aegypti Vicarius appellatione insigniebat Praefectus Augustalis, de cuius officio, tit. habetur in Cod. de officiis, praef. Augustalis, & in ff. pariter. Diocesis Asiana Metropolis erat Ephesus, Chrysostomo teste in epist. ad Ephes. necnon subscriptione Theodori Ephesini Episcopi act. 18. Synodi sexta. Porro Diocesis Pontica Metropolis exitit Cesarea Cappadocia, ut fidem facit Greg. Nazianz. orat. de laudibus Basili, & subscriptio Philaelethi Episcopi Cesarea Cappadocum in sexta Synodo. Thracia Metropolis a tempore Constantini fuit Constantinopolis, quam idem fidei Imperii decoravit. Tres vero ita Dioceses Thracia, Pontica, & Asiana, fraude Graecorum in Concilio Constantiopolitanu primo, deinde Chalcedoneus distracte fuerunt; Thracia quidem a Romana sede, Asiana & Pontica ab Antiochenia Diocesi.

4. Diocesis autem Macedonica, Dacie, atque Illirici partis ejus, que ad Orientis pertinebat Imperium, caput fuit Thessalonica, ut refert Theodoritus lib. 5. hist. Eccl. cap. 17. Ad postremum tamen Justinianus, tum sedem Praefecti praeatorio Illyrici, tum etiam Vicariam Apostolicam, seu iura Primatis (afflentem Papa Vigilio) ex urbe Thessalonica transfluit Acrium Dardania oppidum, Julianianam natalem patriam, quam de suo nomine Julianianam primam dici voluit, Novella xi. Deinde Nicolaus Papa prius epif. 2. horatus est Michaeli Augustini, ut antiqua iura instaurari curaret, quibus fruebatur olim Thessalonicensis Episcopus, tamquam Romani Pontificis Vicarius per omnem Epirum, Illyricum, Macedonianam, Achajam, Thessalianam, Daciam Ripensem, Dacianam Mediterraneanam, & Mysiam, Dardanianam atque Prevalim; has enim omnes Provincias, hec olim Vicaria sacra complebatur.

5. Sex pariter constituta sunt Occidentis Dioceses, & Vicarie civiles. Una Italia; altera Illyrici, partis ejus que ad Occidentis pertinebat Imperium, tertia Africæ, quarta Gallie, quinta Hispanie, sexta Britannia. Vicaria Italiae Metropolis fuit Mediolanum, ut ex epistola colligitur Athanasius in Solitar. vit. agen. ubi loquitur de Dionysio Mediolanensi Episcopo. Gallia autem Angesta Trevorum, ut ex eadem colligitur, ubi fermentum habet de Paulino Trevorum Antilite. Idem confirmat Theodoritus lib. 2. hist. Eccl. c. 15. Salianus etiam lib. 2. de providentia Dei, Trevorum dicens sumam Galliarum urbem. Britanniæ Vicaria erat Eboraum Romanorum colonia, quam Spartanus in Seve-

ro, Urbem absolute per autonomiam vocat, & in qua Constantius Chlorus Magni Constantini pater Regiam constituit, dience obitum extremum, ut produxit Eusebius lib. 1. vita Constantini, Eutropius, Aurelius Victor & Orosius.

Dioecesis Africana indubitatum est Metropolim tam cvidem quam Ecclesiasticam fuisse Carthaginem, cuius etiam Episcopus Primatus totius Africæ potiebat ut passim visitur in Cypriani epistolis in Conciliis Africani, quae omnia ab Episcopo Carthaginensi indicabantur, quibus etiam præsidebat, cuique etiam subjacebant provincie Numidie, atque utriusque Mauritania Cesariensis & Tingitana; que a suis quidem regebantur particularibus Primatis; sed sub generali regimine atque auctoritate Carthaginensis Episcopi.

6. Carthago urbs totius Africæ celebrissima, cuius per Didonem Tyriam fundatio, Roma conditum annis centum precessit, in eam potestatis opulentiaque gradum concendit, ut Romanæ urbis amula cum ea diuturnis annis per atrocissima bella de Imperio contendit, & post partum Romanis Victoribus terrarum orbis imperium, sibi Roma cedens cum Alexandria Aegypti de secunda palma contendit, cum incertum esset ultra ex dubiis vel amplitudine, vel opibus, vel populi frequentia prævalebat, ut Herodianus perhibet hist. 1. 7. Perduravitque illa contentio usque dum Saraceni Carthaginem fandūs everterunt. Quamvis vero Carthago stetit sub Romanorum imperio; Metropolis tuis Africæ partis illius, que a fratre Gadicano per omnes Lybicas Mediterranei matris oras ad usque Cyrenam porrigitur inter ipsum mare & Atlantem montem interclusa. Neque tantum Metropolis Civilis dignitatem obtinuit, sed etiam Ecclesiastica, postquam illis plagiis Christi Evangelium illuxit.

7. Ex multis constat veteriorum Scriptorum testimoniis illam præfuisse tribus preamplis provinciis Africani, nimirum Proconsulari, cuius in primaria civitate Carthagine Romanus Proconsul sedem fixerat, ibique juridicos solebat habere conventus. Deinde Numidie, Mauritanieque, usque ad Magni Constantini tempus. Hic vero subjectam Imperio Romano Africam in sex provincias civiles partitus est: Carthaginensis seu Proconsularum, Numidiam, Byzantinam, Tripolitanam, duabus Mauritanias, scilicet Sitifensem & Cesariensem que Tingitana quoque dicitur.

8. Primitur sub Carthagine Provinciarum terrarius constat numerus ex ipso Carthaginensi Concilio de baptizandis conversis hereticis, cui Cyriacus præfedit: Cum in unum (inquit) Carthagini convenienter Calendis Septembribus Episcopi plurimi ex Provincia Africana, Numidia, Mauritania, cum Presbyteris & Diaconibus. Idemque Cyriacus epif. 45. ad Cornelium Papam: Quoniam latius sua est provincia nostra, habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi coherentes, id est Tingitanam & Cesariensem: quas olim Galba Imperator in unam copulaverat provinciam, ut ex his liquet Taciti verbis lib. 2. hist. Luceius Albinus a Neronie Mauritanie Cesariensi praepositus addita per Galbam Tingitanam provincia administratione, haud spemnendis viribus agebat. Appianus Alexandrinus in proemio liborum de civilibus bellis, tres recentes nec plures Africa provincias, Mauritaniam seu Maurusios: deinde Libicorum nationem, que Carthaginem complectitur: potremo Numidum regionem, seu ut Romani vocabant, Numidiam. Scribit autem Appianus sub Hadriano Cesare. Pompeius etiam Mela quatuor quidem Africe partes dinumerat, Mauritaniam, Numidiam, Africanam, & Cyrenaicam. Ceterum quartæ ista Aegyptio contributa fuit.

9. Magnus demum Constantinus sex Africanas recentes provincias in sua tractoria quam Ablavio scriptis epistola pro primo Arelateni Concilio, quod Nicenum præcessit: sic enim illum compellat: Ut max has meas litteras accepseris Cæciliandum supradictum (Carthaginensis Episcopum) cum aliis ex eis quos ipse delegerit, sed & byzacene, Tripolitana, Numidicorum, & Mauritaniarum provinciis, singuli quique aliquantos ex suis perducere debent, quos ipse pativerit eligendos: sed etiam aliquos qui contra Cæciliandum eundem dissentiant, data evectione publica, &c. His adjungit Sexti Rufi locum illum ipsius Breviarium ad Valentiniandum Imperatores: Per omnem Africam sex provincias facta, ipsa ubi Carthago est provincia Proconsularis, Numidia, Byzantium, Tripolis, & duas Mauritanias, hoc est Sitifensem, & Cesariensem. Tametsi autem a Constantino non distributa fuissent sex memoratae provinciae Civiles, non tamen plures Ecclesiasticae quam quinque numerabantur, ut fidem facit Ferrandus Diaconus Carthaginensis in sua Canonum breviatione, tit. 82. quia Mauritia Sitifensis non statim suum naclu est Primatus, sed posteriori id Concilio Carthaginensi obtinuit. Unde in Concilio quoque Carthaginensi sexto anni 419. fit fin-

gillatum

gillatum mentio Provincia proconsularis, Numidiarum darum, Byzacene, Mauritania Sitifensis, & Mauritania Cesariensis, sed & Tripolis.

10. Circa hanc istud præterea sciendum, provincia quidem proconsularis Carthaginem extitisse Praefecti Africæ, simul & proprii Episcopi, atque Primatus Africarum omnium Ecclesiastorum perpetuan fixamque Sedem: ceterarum autem provinciarum Africarum Primates non fuisse alii certa Ecclesiæ affixos, sed eos folos Episcopos Primatus dignitate fuisse in singulis provinciis, qui reliquos cuiuscumque provincie Antistites ordinatiois Episcopalis antiquitate præcedebant, ut admonet Leo Papa nonus epif. 4. ad Petrum, & Joannem, Episcopos. Ceterum Metropoles civiles erant Circa, alias Constantia in provincia Numidie, Cesarea in Mauritania Cesariensi, Sitifi in Mauritania Sitifensi, Tingi ad frumentum Herculeum in Mauritania Tingitana, Telepte in Byzacene, & Tripolis seu Leptis major in provincia Tripolitana.

11. Hoc etiam loco monendum cum Sexto Rufo in breviario Mauritaniam Tingitanam regimini Hispaniarum Vicarii subjectam fuisse. Quæ causa est cur Sircius Papa epif. 1. ad Himerum Tarragonensem Episcopum, remota quæstione de civili regimine, solam pendens Ecclesiasticae potestate, Hispaniarum Episcopos intra quinque provincias restrinxit istas, Tarragonensem; II. Carthaginem, in qua sita est Carthago nova, quæ nunc Carthagena vocatur. III. Bæticam, Lusitaniam, & Gallicanam. Quia scilicet Tingitana provincia civiles parebat quidem Hispaniarum Vicario, sed eadem Ecclesiastica proprium intra Africam agnoscet, Primatem. Est tamen non levis conjectura, Vandalo Africa subiecta civili quoque Tingitanam sibi vindicata.

12. Illyrici, partis ejus, qua ad Occidentis spectabat Imperium, Metropolis fuit Sardica, urbs ejus Provincia præ reliquis celebris, & Concilio ecumenico nobilitata, in quo trecenti & amplius Occiduarum Provinciarum Antistites, procurante religiosissimo Imperatore Constante, de Ariana impetrante triumphant. In subscriptiōibus Concilii Magni Nicenii apud Gelasium Cyzenium ita subscriptum legimus: Protagenes Sardica civitatis Episcopus pro Sanctis Dei Ecclesiis que sunt in Dacia, Calauria, Dardania, & Provinciis viciniis.

13. De Hispaniarum olim Metropoli Ecclesiastica, quenam olim fuerit, supervacaneum est investigare. Ut enim obseruat Fernandus Mendoza lib. 1. de confirmando Concilio Illyberitanu ad subscriptionem primam, quæ est Felicis Accitani Episcopi, nulla erat Primatum, aut Archiepiscoporum vel Metropolitanorum denominatio certis Ecclesiis affixa, nisi sequioribus seculis: sed quisquis in singulis Provinciis reperiebat ordinatione antiquior Episcopus, tameff minori præfesset civitati, jura exercebat Metropolitanu, idque tum ex ipso Concilio Illyberitanu, tum aliunde facile convincitur. Simplicius Papa primus circa annum 470. epif. 1. ad Zenonem Hispanensem Episcopum, hunc ipsum in Hispanicis Ecclesiæ Apostolicae Sedi Vicarium creat. Deinde Hormida epif. 26. Salutium Hispanensem pariter Episcopum Vicarium suum super Provincias Bæticam & Lusitaniam, cum plena potestate Concilia convocandi, declarat. Factum tandem est regnante in Hispaniis Hervigio anno Christi 681. ut Concilio Toletani duodecimi can. 6. Hispanarum Ecclesiastum Primatum deinceps affixa sit Episcopo Toletano Provincia Carpetana Metropolitano, cum hac potestatis accessione, ut quem Reges (qui iam pridem regiam sedem Toleti stabiliverant) Episcopum cuiuscumque Provincia elegissent, sine mora consecraret ab Episcopo Toletano, sub obligatione tamen fieri se coram proprio Metropolitanu intra tres a consecratione menses, ut refertur a Gratiano dist. 63. cap. cum longe lateque.

14. Roma vero Summus præfatus præfector, qui reliquis omnibus præmirebat officiis & dignitatibus urbis, 1. 3. C. de officiis, præfectori urbis. Huic parbant suburius quoque regiones, quotquot scilicet intra centesimum ab Urbe lapidem protendebantur intra Tusciā, Picenum, & Campaniam, 1. 1. ff. eod. Huc resipex Septimus Severus Augustus, quando exautoratos Prætorianos milites Roma finibus usque ad centesimum lapidem sub capitio pœna justis excedere, ut refert Herodianus lib. 2.

15. Demum Julianianus pulsus ex Africa Vandalis, quintum ceteris adjectis præcedentibus præfectorum prætorio, ejusque sedem Carthagine (quam de se Julianianam tertiam dici voluit) constituit I. 1. C. de officiis, Praefectori Africæ.

16. Nos superius Vicariam quidem Galliarum Treviris præfiximus. At vero sedem ipsius Galliarum Praefectori, cuius potestas Hispaniam quoque atque Britanniam insulam complectebatur, stabilitate Constantinus Magnus in Arelateni urbe, cui etiam de se Constantius nomen est imperitus. Profutus enim errant nonnulli, Cabassau, Noriua Ecclesiastica.

qui hoc nomen cum aliis omnibus prærogativis mutant existimat a tyranno Constantino, qui contra Honoriū rebellis hac se urbe communierat. Nequaquam enim post eundem profigatum & extinctum tyrannum idem Honoriū in suo ad Agricolam Galliarum Praefectum rescripto Arelaten vocaret Constantianum, ut eam vocat, si recens id nomen a tyranno invasore accepisset. Quo eodem rescripto declaratur fuisse insuper constitutam Arelaten Praefecti fedem. Jubet enim Honoriū veterem confutidinem per tyrannos intermissam instaurari, ut quotannis in ea urbe conventus habeatur feruentem Galliæ Provinciarum sub illustri (sic enim loquitur) presentia Prefecture. Unde vero consuetudo illa ortum habuit, nisi a Magno Constantino civitas hujus studiosissimo qui suum ei nomen indidit, quique totius Occidentis generale Concilium ibidem celebrari voluit in caufa Donatistarum? Insuper illa Galliarum Praefecti fedes afferunt Arelaten fixa his verbis Episcoporum olim Arelateni Primatus subditorum, ad Leonem Papam scribent: Hanc civitatem sublimissima Prefecture, hanc reliqua potestates velut communem omnibus patriam semper inhabitant. His alterum non minoris auctoritatis adjungo testimonium Gregorii Turonensis scribentib. lib. 2. hist. Franc. cap. 7. Quo tempore Hunnorum Rex Attila se obsidionis Aurelia accingebat, ejus urbis Episcopum Anianum implorandum supplicium causa ad Actium Galliarum Praefectum te contulisse, Arelate commorantem. Denique res eadem aucturam antiquis inscriptionibus, quarum ita in civitate Arelateni superest de Auxiliari Praefecto, cuius etiam fit mentione in Hilario Arelateni Episcopi vita ab auctore temporis ejusdem privatis monitionibus ab Hilario corrumpit, non tamen emendatum ab eodem tandem publice concionante fuisse praefentem in Ecclesia redargutum. Inscriptio illa vetusta hac continet:

*Dominis nostris SALVIS DD. NN. THEODOSIO PIIS Felicibus Vitoribus ET VALENTINIANO P. F. V. Triumphantibus AC TRIUM SEMPER AUG. XV. Vir inlustris COS. VIR. INL. AUXILIARIS Praefectus prætorio PRÆF. PRÆTO. GALL. Galliarum DE ARELATE MAMILLARIA PONI F. fecit Millare passum unum. M. P. I.*

Eras columna ista primus lapsi milliarius proficisciensibus ex Arelateni urbe. Hic est quod sanctum Ecclesiæ Doctorem & Pontificem Ambrosium urbs Arelatenis sibi civem jure merito vindicare poterit, cum testetur in ejus vita Paulinus natum in Gallia, in ipsoque Praetorio educatum fuisse infantem, eique in cunis dominienti examen apum circumfetiis, dum pater infantis Praefectura Praetorianæ in Galliis fungebatur.

17. Perpera vero Josephus Scaliger, & Vidus Savaro in suis ad Apollinarem commentariis, tres fuisse intra Galliam Vicarios imaginantur, cum diserte doceat liber Notitia Imperii sex tantummodo fuisse in toto Occidente Vicarios. In Italia quidem Praefectura tres, totidemque alios in Galliarum Praefectura, unum quidem Vicarium suum super Provincias Bæticam & Lusitaniam, cum plena potestate Concilia convocandi, declarat. Factum tandem est regnante in Hispaniis Hervigio anno Christi 681. ut Concilio Toletani duodecimi can. 6. Hispanarum Ecclesiastum Primatum deinceps affixa sit Episcopo Toletano Provincia Carpetana Metropolitano, cum hac potestatis accessione, ut quem Reges (qui iam

pridem regiam sedem Toleti stabiliverant) Episcopum cuiuscumque Provincia elegissent, sine mora consecraret ab Episcopo Toletano, sub obligatione tamen fieri se coram proprio Metropolitanu intra tres a consecratione menses, ut refertur a Gratiano dist. 63. cap. cum longe lateque.

18. Qui Primates in Occidentalibus plagi nominantur, illi in Oriente a Græcis vocabantur ἔπαρχοι τῶν διοικήσεων. Exarchi in Diocesis, quorum meminit Synodus Chalcedonensis dubios locis can. 9. & can. 17. Diocesis enim vocabulo comprehendebantur plures Ecclesiasticae provinciae seu Metropoles. Singula vero Metropoles complectebantur plures Parœcias, seu inferiores Episcopatus, qui hodierno usu soleant Dioceses vocati. Zonaras scribens ad Chalcedonensem can. 17. quatuor commemorat Exarchos Episcopos, Cesarea Capadocum, Ephesi, Thesalonices, & Corinthi. Synodus secunda ecumenica can. 2. tres commemorat Dioceses Ecclesiasticae: Asia, cuius metropolis Ephesus: Thracia, cuius metropolis Heraclea: & Ponti, cuius metropolis Cesarea Capadocum.

16. Quod vero attingit Occidentis Primatas, Romanus Episcopus Vicarius suos stabilitate solebat quodam illustriorum sedium Episcopos, quibus potestatem & jurisdictionem in vicinas provincias conferebat. Extat magni Leonis Pontificis epistola ad Anastasiū Thessalonensem Episcopum, cui jura Primatis in finitimas Metropoles confirmat. Ceterum ut ad Latinas Ecclesiæ progrediāt, Zosimus Papa epif. ad Episcopos Galliæ Patricium suum constitutio Vicarium in tribus finitimiis Provinciis, scilicet Viennensi, & duabus Narbonensis. Deinde Vigilius Papa scribens ad Aurelianum Arelatenum Episcopum, hanc illi attribuit Primatia, seu (quod idem est) Vicaria Apostolica auctoritatem. Quæ legitur epistola